

Ist Sterbehilfe zulässig?

Einleitung: Im folgenden Text aus den „Gesta Romanorum“ (13. Jahrhundert) wird Sterbehilfe thematisiert – ein derzeit sehr aktuelles Thema:

1	Miles quidam erat, qui unicum filium habebat, quem multum dilexit.	
2	Filius iste cum <u>ad aetatem pervenisset</u> ¹ , incepit manus et bracchia	1 ad aetatem pervenire: heranwachsen
3	dilacerare et cum dentibus corrodere usque ad ossa. Mater eius hoc	
4	videns venenum ei propinavit, et cum gustavisset, <u>emisit spiritum</u> ² .	
5	Pater hoc audiens, quod mater filium occidit, eam coram iudice	
6	<u>nuntiavit</u> ³ et tamquam homicidam accusavit. Iudex vero eam	2 spiritum emittere: den Geist aufgeben/aushauchen
7	vocavit; (...)	3 nuntiare 1: anzeigen
8	Illa vero in hac forma respondit: "Domine, filius meus singulis diebus	
9	propria membra dilaceravit usque ad ossa, quare <u>poenam</u> ⁴	
10	intolerabilem <u>sustinuit</u> ⁵ . Hoc ego videns cogitabam: Heu mihi, quia	4 poena , -ae: hier: Qual 5 sustinere 2, ui: auf sich nehmen
11	omni die <u>poenas</u> ⁴ filii mei sic video, et ista <u>poena</u> ⁴ , antequam	
12	moriatur, diu durare poterit. Ideo melius est, finem <u>poenae</u> ⁵ cito	
13	dare, quam tam diu <u>permanere</u> ⁶ ; et ideo ei venenum dedi, ut cito de	
14	ista <u>poena</u> ⁴ posset liberari."	6 permanere 2: hier: warten
15	Iudex: "Ista <u>responsio</u> ⁷ nulla (est), quia ignoravisti, <u>si</u> ⁸ deus ei	
16	gratiam dedisset, cito de ista passione liberari et sanitatem recipere,	7 responsio , onis f.: hier: Rechtfertigung
17	et licet deus eum non visitavisset, proprium filium occidere non	8 si : hier: ob
18	debuisses, quia praeceptum divinum est: non occidas! Et ideo quia	
19	illum occidisti, hoc te iudico suspendi te in <u>patibulo</u> ⁹ ."	9 patibulum , -i n.: Galgen
	(Gesta Romanorum 217, gek. 174 W.)	

Aufgaben:

1. Übersetze den Text!
2. Nimm Stellung zur Handlung der Mutter und dem Urteil des Richters! – Auf welcher Seite stehst du? – Begründe deine Meinung in einem kurzen Aufsatz (max. 200 Wörter)!